

pro confervatione edificatione et reparatione
 Lapidei pontis ultra fluvium Albe protenti Dres-
 den: Redditus bonorum in villis infra notatis
 cum nostra bona voluntate et consensu iuste
 emptionis et venditionis titulo accedente com-
 parati, videlicet in villa Eockewitz octavum di-
 midium talentum et quatuor solidi annui cen-
 sus, in villa Proles sextum dimidium talentum
 et 4. Solidi annui census, in villa Wanewitz, Sep-
 timum dimidium talentum et 10. denarii annui
 census, et in villa Grunebach unum talentum
 similiter annue pensionis. Nos devotionem, di-
 ligentiam et pium affectum, quo dicti Jurati
 nostri circa dictum pontem moventur quam
 plurimum Commendants, etc. dictas villas
 cum omnibus earum bonis et pertinentiis cen-
 su undecunq; provenerit, vel solutos fuerint
 precio, campis, mansis, lignis, virgultis, aquis,
 aquarum decursibus, piscationibus, utilitatibus
 et servitiis, predicto ponti confirmamus, etc.
 apud dictum pontem proprietatis titulo perpe-
 tuo permanendis, Et ne etc. valeat alicui im-
 posterum dubietas aliqua suboriri presens Scri-
 ptum dari fecimus etc. Dresden per manum Do-
 mini nostri Adolphi notarii datum Incarnationis
 Domini Millesimo CCC^o XI. VI. Cal. Jul.
